



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Religiosus à Religione discedens nunquam redditurus est Apostata, & casum reseruatu[m] incidit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

non reuertendi ad institutum Religiosum. *Dominicus Bannes* 22. q. 1. a. 1. *Conclus.* 1. refers ex *S. Th.* 22. q. cit. *triplicem Apostasiam* 1. *A fide,* de qua supra 2. Ab *Obedientia*, dum quis se rebellem exhibet *Superiori contumacenique ad parendum* 3. *A Religione*, cum *Religiosus non redditurus ad Religionem septa Monasterii seu Conventus egreditur.*

II. *Quicunque Religiosus sine sui Prælari licentia à Religione discedit nunquam redditurus, etiamsi habitum retineat, aut illum dimittendi animum non habeat, est Apostata & casum reseruatum [A] non tamen excommunicationem ullam iuris incidit [B]*

[A] *Bannes cit. concl. 2. curia Caiet. sylva v. Apostasia §. 9. quod talis se obedientiae substrahat ex votum Paupertatis (eo quad nolis dit-*

lit dispensare bona temporalia ad
Prælati arbitrium) excutiat, sine
quibus statim Religiosus nequit
consistere, adeoque tanquam apo-
stata à Religione recedit [B] ut
idem bene contra citatos docet
quod nulla alia contra Apostatos
extet de iure lata excommuni-
cacio, quem in Cap. vi pericu-
losa. Nec Clerici vel Monachi in
E. quæ tantum eos Religiosos con-
stringit, qui temere habitum di-
mittunt, nisi forte ex priuatis
Constitutionibus adiiciantur al-
qua censura, sicuti colligi videtur
ex Statutis S. Ord: Præm: dist. 3.
c. 10. de Apostatis, ubi tam Ca-
nonici quam Conuersi Apostatae
à reliquis tanquam excommuni-
cati vitari & suscipi iubentur, si
intra 40. dies redierint. Vide de
his & similibus Monasticis Ex-
communicationibus Iulium Nigro.
in Reg. ib. commu. quæ non priuant?

Re-
2. q.
Th.
m 1.
dié-
liber
ad
cum
Re-
COR
sine
ione
eti-
lumi
reat,
tum
ica-
J
aiet.
quod
&
ne-
f. dt-

ut Ecclesiastice solent, internâ vâ communione spirituali, sed tantum externâ aliqua communione v. g. mense, consuetus colloquii.

III. Qui habitum temerè dimitunt [A] aut dolosè malitiosèque occultant [B] vel alium assumunt [C] ut occultata persona, vel non cognoscantur, cuius Religionis sunt, vel liberè vagentur etiam animo redeundi ad Religionem, est excommunicatus: Non tamen Apostata [D].

[A] Ex cit. Cap. ut periculosa. Temeraria habitus dimissio ab arbitrio viri prudentis & consuetudine cuiusq; Religionis metienda vel scandalo & dimittentis intentione. [B] Occultatio equipollet dimissioni, quod signum formale dimitatur per quod Religio à Religione distinguitur nisi forte à circumstantibus, cuius Ordinis sit Religiosus facile cognoscatur. Permit-

t. fhr.